



Refrenationem à coniunctione uel aspectu, uidere, Can. XXXII.

**Q**uando inferior superiori coniungi petit, sed ante completam coniunctionem, retrograditur. Hoc idem intelligitur de aspectibus, ut ♀ 5. ♃, ♄ 12. ♃. Ibi ♀ uadit ad ♄, & ♀ incipit fieri retrograda, quare Venus sic refrenatur à ♄.

Frustrationem à coniunctione, uel aspectu planetæ capere, Canon XXXIII.

**H**æc fit, quando planeta leuis petit à ponderoso, sed antequam iungatur ponderoso, ponderosus intrat in aliud signum, & in principio illius signi sunt radij alterius planetæ quibus iungit, tunc quando leuis peruenit ad ♄ ponderosi, coniungitur radijs aspicientis & sic annullatur ♄ eius cum ponderoso, propter radios aspicientis, qui frustrantur eius ♄, ut

♄ in 30. ♄, ♄ 23. ♄, petens ♄ 24, sed antequam uenit ad eum, Iupiter intrat ♃. Deinde pono quod ♄ aspiciat 1. ♃. Sic ♄ exiens de ♄, primo iungitur radijs ♄, & sic annullatur ♄ & ♄.

Eleuationem planetæ super planetam uidere, Can. XXXIII.

**H**æc fit multis uis. Primo, cum comparantur duo planetæ inuicem in epicyclo, ut s. ille cuius argumentum uerum minus fuerit, eleuatur super planetam, cuius argumentum uerum maius fuerit, & hoc usq; ad 6. signa, id est, usq; ad oppositum augis epicycli. Deinde autem usq; ad augem epicycli, planeta cuius argumentum uerum maius fuerit, eleuabitur super